

mitus: nō solū bñficijs p̄sentibus: sed etiā
 virga emēdatiōis nō desistēte. Nolite ḡ ob-
 durare corda vestra: sicut i amācatōe s̄m
 diē tēptatiōis in deserto. **Ubi tēpta-**
uerūt me patres vestri: Jam tales nō
 sint patres v̄ri: nolite eos imitari patres ve-
 stri erant: sed si nō imitati fueritis p̄res v̄ri
 non erūt: tamē q̄ de his nati estis: p̄res v̄ri
 erāt. Et si gentes veniētes ab extremo fr̄e:
 sicut dicit Hieremias: Ad te gētes veniēt
 ab extremo terre: et dicent: **Clere mendacia**
coluerūt patres vestri: simulachra in quib⁹
nō est vtilitas: si gentes dimiserunt simula-
chra sua: vt venirēt ad deum isrl̄: quos ip̄e
deus isrl̄ de egypto p̄ mare rubrū duxit: in
q̄ inimicos eoz cōsequētes operuit: quos i
desertū eduxit: māna pauit: nunq̄ v̄gā suā
ab eoz disciplina tulit: nunq̄ bñficia mise-
ricordie subtraxit: ipsi debent deserere deū
suū: cū gētes venerit ad deū ip̄oz: Ubi tē-
ptauerūt me p̄res v̄ri. Probauerūt me
et viderūt opa mea. Quadraginta an-
nis viderūt opa mea: quadraginta annis
exacerbauerūt me. Ante illos miracula in
manu Moysi faciebā: et ip̄i maḡ magisq̄
corda obdurabāt. Quadraginta an-
nis primus sui generatiōi huic.
Quid ē prim⁹ sui? Presentaui me i signis
et virtutib⁹ meis. Nō vno die: nō duob⁹: s̄
quadraginta annis primus sui generatiōi
huic. Et dixi semper isti errant corde:
Hoc significauerūt q̄draginta anni qd̄
est semp. Quadragenari⁹ em̄ iste numerus
indicat integritatē seculozū: tamē p̄ficiant
secula p̄ hūc numerū. Ido dñs q̄draginta
dieb⁹ ieiunauit. Quadraginta dieb⁹ tēpta-
tus ē in heremo: et quadraginta dieb⁹ fuit cū
discipulis post resurrectionē. Primis qua-
draginta diebus tēptationē: post nouibus
q̄draginta dieb⁹ cōsolationē oñdit: q̄ cum
tēptamur sine dubio cōsolamur. Corp⁹ em̄
ei⁹: id ē ecclesia necesse ē tēptatōes patiā i
hoc seculo: sed nō deest ille cōsolator q̄ di-
xit: Ecce ego vobiscū sum vsq̄ ad cōsum-
ationē seculi. Et dixi sp̄ isti errāt corde: Ad
hoc cū illis sui q̄draginta annis: vt ostēde-
rem genus tale hoim: qd̄ me semp exacer-
bat vsq̄ in finē seculi: q̄ p̄ illos q̄draginta
annos totū seculū significare voluit. Quid
est q̄? Pro illis nō erūt aliq̄ i intrēt i requiē
dei: Improbati sunt illi q̄bus displicuit mi-
sericordia dei: q̄ resisterūt deo corde indu-
rato. Illis improbatis: nūquid pdidit de⁹
plm̄ suū: Nō erit verū: Potēs est deus de

Alia lra.
 t̄ offensus.
 t̄ illi.

Alia lra.
 t̄ bi.

lapidib⁹ istis suscitare filios Abrae. Ergo
 dixi semp̄ isti errāt corde. **Et isti nō co-**
gnouerūt vias meas: quib⁹ iura-
ui i ira mea: si introibunt in requiē
meā. Quib⁹ iuravi in ira mea si introibūt
i requiē meā: Magnus terror. Ab exulta-
tiōe cepim⁹: sed ad magnū timorē cōclufit
psalm⁹ iste: Quib⁹ iuravi in ira mea: si in-
troibūt in requiē meā. Loqui dñm magnū
est: quātomagis iurare deū: Jurantē homi-
nē debes timere: ne p̄pter iurationē faciat
qd̄ contra voluntatē eius est: quātomagis
deū qui nihil temere iurare pōt. Iuratiōnē
ad cōfirmationē voluit esse. Et p̄ quē iurat
deus: p̄ seipm̄. Nō em̄ habet maiore p̄
quē iuret: p̄ seipm̄ cōfirmat p̄missa sua: per
seipm̄ cōfirmat minas suas. Nemo dicat i
corde suo: verū est quod p̄mittit: falsum ē
quod minat. Sicut verū est quod p̄mittit:
sic certū est qd̄ minat. Tā certus debes esse
de requiē: de felicitate: de eternitate: de im-
mortalitate: si feceris p̄cepta ip̄ius: q̄ cert⁹
esse debes de iteritū: de ardore ignis eterni:
de damnatiōe cum diabolo: si cōtempseris
p̄cepta eius. Iuravit ergo illis in ira sua:
ne intrēt in requiē ip̄ius: et tñ oportet aliq̄s
intrare in requiem ip̄ius. Non em̄ nulli de-
betur requies ip̄ius. Illis ergo reprobatis
nos intrabimus: q̄ et si aliqui ex ramis fra-
cti sunt p̄pter dissimilitudinē et infidelitatē:
nos p̄pter fidē et hūilitatē inferemur. Nos
ergo intremus in requiē eius. Un̄ aut̄ intra-
runt illi q̄ intrauerūt: Illi qui electi sunt: q̄
nō corde obdurato resisterūt: q̄ verū est qd̄
nō repellat dñs plebē suā.

Alia lra.
 t̄ vt
 t̄ intrabūt.

Explicit Tractatus de ps̄. XCIII.
 Incipit Tractatus de ps̄. XCV.

Dominus et frater meus Seuer⁹ ad
 buc differt lenciā nostrā: de sermōe
 quem nobis debet: nam qd̄ debitor
 teneat agnoscit. **Q̄s em̄ ecclias quacūq̄**
trāsītū fecit: letificauit dñs p̄ os ip̄ius: mul-
tomagis ḡ ista letificāda est: de qua ceteris
eū dñs p̄pagauit. Sed qd̄ facturi sumus:
nisi vt seruiam⁹ volūtati ip̄i⁹: Differre illū
tamē dixi fr̄es: non fraudare. Itaq̄ tenete
debitorē: nec dimittatis nisi cum soluerit.
Aduertat itaq̄ caritas vestra: quātū donat
dominus de isto psalmo dicamus aliquid:
qd̄ quidē iam nostis: sed dulcis est cōme-
moratio veritatis. Forte cū p̄nūciare t̄
titulus eius cum admiratione aliqui audie-
runt. Inscrībūt em̄ titulus psalmi. Q̄n
domus edificabat post captiuita-

Alia lra.
 t̄ vt
 t̄ intrabūt.

tem. Hoc titulo predicto iam in ipso textu psalmi expectabat fortasse qui lapides precarent de montibus: que moles attraherent: que fundamenta iacerent: que trabes imponerent: que coluine erigerent. Nihil horum cantat: et si aliud aliquid: non ergo consonat psalmus titulo suo: et aliud portat in fronte: aliud in voce: imo nihil aliud: sed intellectores querunt. Loquitur enim de edificatione domus. Omnes lapides ipsius domus intelligant quod cantarunt. Edificat enim domus deo: non illo loco ubi edificavit Salomon. Edificavit enim templum: et de ipso templo audistis modo que dixerit dominus: cum saxa templi et moles ingentes admirarentur discipuli: indicaverunt domino admirationem et stuporem suum. Et dominus illis: Amen amen dico vobis non reliquet hic lapis super lapidem qui non destruetur. Non talis edificatur domus. Nam videte ubi edificat: quia non vno loco aliqua in parte. Sic enim incipit.

Expositio psalmi.

Cantate domino canticum novum: cantate domino omnis terra. Si canticum novum cantat omnis terra: sic edificat cum cantat: ipsum cantare: edificare est: sed si non vetus cantet. Vetus cantat cupiditas carnis: novum cantat: caritas dei. Quicquid cantaveris de cupiditate vetus cantas: et si non sonat in ore verba canticum novum: non est speciosa laus in ore peccatoris. Nihil est ut novus taceas: quod ut veteres cantas: quod si fueris novus et taceris: auribus hominum non sonat. Nam cor tuum non tacet canticum novum: et pervenit ad aures dei quod te fecit hominem novum. Biligis et taces: dilectio ipsa vox est ad deum: et ipsa dilectio canticum novum est. Audi quod canticum novum est. Bicit dominus: Mandatum novum do vobis: ut vos invicem diligatis. Omnis ergo terra cantat canticum novum. Ubi edificat domus: Omnis terra est domus dei. Si omnis terra domus dei: quod non heret omni terre: ruina est: non domus. Ruina illa vetus: cuius umbram habebat templum illud vetus. Ibi enim diruebatur vetustas ut novitas edificaretur. Et quomodo diruit vetustas? Amen dico vobis inquit: non reliquet lapis super lapidem qui non destruetur. Lapis christus est. Bicit autem apostolus: Quotquot in christo baptizati estis: christum induistis. Si christum induit quisque baptizatus in christo: quod ponit lapidem super lapidem: nisi qui baptismum super baptismum imponit: Sed nolite terri: non reliquet quod non destruetur. Lapides enim ad fa-

bricam novam: que edificatur post captivitatem sic colliguntur: et sic illos caritas in unitate constringit: ut non sit lapis super lapidem: sed unus lapis sint omnes lapides. Ne miremini hoc fecit canticum novum: id est hoc fecit innovatio caritatis. Ad ipsam structuram nos conpungit apostolus: et in illa unitate nos constrictos: conpagnat dicens: Sufferetes invicem in dilectione: studetes servare unitatem spiritus: in vinculo pacis. Ubi unitas spiritus: vnum lapis: sed unus de multis factus. Quod de multis factus: Sufferedo invicem in dilectione. Edificat ergo domus domini dei nostri: edificat: hoc fit: hoc agit: hoc voces iste agunt: hoc lectiones: hoc predicatio evangelii: toto orbe terrarum adhuc edificat. Crevit multum domus hec: et multas gentes implevit: nondum tamen omnes gentes occupatura est: et contradicitur ab eis qui domesticos eius se esse gloriantur: et dicunt: iam decrevit: adhuc crescit: adhuc crediture sunt omnes gentes que nondum crediderunt. Ne quis dicat: Et illa lingua creditura est: Et barbari credituri sunt: Et quod sibi vult quod spiritus sanctus apparuit in linguis igneis: nisi quia nullius lingue duricia est: que non illo igne solvatur: Neque enim non habemus iam multas gentes barbaras credidisse christo: quo nondum porrectum est romanum imperium: Nam christus possidet. Quod adhuc clausum est eis qui ferro pugnant: non est clausum illi qui ligno pugnat. Dominus enim regnavit a ligno. Quis est qui ligno pugnat? Christus de cruce sua vicit reges: et subiugatis ipsam crucem in fronte fixit: et gloriantur de illa: quod ibi est salus eorum. Hoc agit: sic crescit domus: sic edificat. Et ut noveritis: sequentia psalmi audite. Videte operantes et fabricantes domum. Cantate domino canticum novum: cantate domino omnis terra. Cantate domino et benedicite nomen eius: benunciate de die in diem salutare eius. Quomodo crescit edificium? Benunciate de die in diem salutare eius. De die in diem predicet: de die in diem inquit edificet. Crescat inquit deus domus mea. Et quasi diceret ab operariis: ubi iubet edificari domum: Ubi vis crescere domum tuam? Elige nobis aliquem locum equalem: aliquem locum spaciosum: si tibi amplam domum vis edificari: Ubi iubet ut bene nunciemus de die in diem: Stedit locum. Annunciate in gentibus gloriam eius: Gloria inquit eius annunciate in gentibus. Gloria eius: non gloria vestra.

Alia lra. t nomin. t annunciate.

Alia lra. t inter gentes.

Constructores gloriam eius bene nunciate in gentibus. Si gloriam vestram annunciare volueritis cadetis: si eius edificabimini cum edificatis. Ideo qui gloriam suam annunciare voluerunt: noluerunt esse in ista domo: et propterea non cantant canticum novum cum omni terra. Non enim communicant uniuerso orbi terrarum: et ideo non sunt edificantes in domo: sed parietem dealbatum erexerunt. Quanta minatur deus parietem dealbato: sunt testimonia prophetarum innumera. In maledicit parietem dealbato. Quid est paries dealbatus: nisi hypocrisis: id est simulatio. Foris lucet: intus lutum est: Quod dicturus sum: iam dictum est: sed quia eo spiritu iam dictum est: quem nobis quoque dominus impertiri dignatus est: nos illud diximus: et quicquid modo eodem spiritu dicimus: illi dixerunt qui fuerunt ante nos. Non est ergo permittendum: sed dicendum est: quia domo dei dictum est. Quidam de isto pariete dealbato cum diceret: hoc ait: Quod in pariete non coniuncto alijs parietibus: sed singulariter erecto si ostium facias: quisque intraverit foris est: Sic in illa parte que noluit cantare cum domo canticum novum: se partem voluit struere: et hanc dealbatam non solidatam: quid valet quod habet ianuam? Si intraveris foris inueneris. Quia enim ipsi non per ianuam intrerunt: et ianuam ipsos non intrumittit. Dominus enim dicit: Ego sum ianuam: per me intrate. Qui sunt qui intrant per ianuam? Qui gloriam domini querunt: non suam. Qui intrant per ianuam: Qui faciunt quod dictum est: bene nunciate in gentibus gloriam eius. Qui intrat per ianuam pastor ouium est: ait dominus: qui autem per aliam partem ascendit: ille fur est et latro. Qui per ianuam intrat humilis est: qui per aliam partem ascendit superbus est. Ideo illum dixit intrare: illum ascendere: sed ille intrando recipit: ille ascendendo perivit. Annunciate in gentibus gloriam eius. Quid est in gentibus? Forte gentes nominant et paucos: Et adhuc habet quod dicat illa pars que erexit parietem dealbatum. Quare? Non gentes sunt getulia: numidia: mauritania: byzantium provincia: Bestes sunt: auferat sermonem hypocrisis parietem dealbato sermo dei: edificans domum toto orbe terrarum. Parum est quod dixit: annunciate in gentibus gloriam eius: ne aliquas gentes exceptas putares: sequitur et dicit. In omnibus populis mirabilia eius. Quoniam magnus dominus et laudabilis nimis: Quis dominus: nisi Iesus christus: magnus et laudabilis nimis: Hostis certe quia

homo apparuit: hostis certe quia in utero femine conceptus est: hostis quia ex utero natus est: hostis quia lactatus est: quia manibus portatus est: quia circumcisus est: quia hostia pro illo oblata est: quia creuit: postremo hostis quia expalmarus est: consputus est: spinis coronatus: crucifixus: mortuus est: lancea percussus est. Hostis quia hec omnia passus est: magnus est et laudabilis nimis. Nolite stemmare paruus: intelligite magnus. Paruus factus est: quia paruus eratis: intelligat magnus: et in illo magni eritis. Sic enim edificat domus: sic erigunt moles in ipsa domo: crescunt lapides: qui ducunt ad edificium. Crescite ergo: intelligite christum magnus: et paruus magnus est: Magnus nimis. Finitur verba: volebat dicere: quantum magnus. Et si tota die diceret magnus: magnus: quid diceret? Tota die dices magnus: finiret aliquando: quia finit dies: magnitudo illius ante dies: ultra dies. Sine die ergo quid diceret? Quoniam magnus dominus et laudabilis nimis. Quid enim dictura est lingua parua ad laudandum magnus? Dicendo nimis: emisit vocem: et dedit cogitationi quod sapiat: tanquam dicens: quod sonare non possum tu cogita: et cum cogitaueris parum erit. Quod cogitatio nullius explicat: lingua alicuius explicat: Magnus dominus et laudabilis nimis. Ipse laudet: ipse predicet: eius gloria nunciatur et edificet domus. Terribilis est super omnes deos. Sunt enim dii super quos sit terribilis ille. Videamus quos dicat: et videamus quare dicat. Interim antequam dicat: carissimi aduertite. Ille qui quasi terribilis videtur inter homines: terribilis est super omnes deos. Numquid non fremuerunt gentes? Numquid non populi meditati sunt inania aduersus dominum: et aduersus christum eius? Numquid illi tauri pingues non circumdederunt eum? Numquid non leo ille rugiens fremuit super illum: et intrans in corda sententium exclamauit: Crucifige crucifige: quasi ille isto fremitu terreret: qui terribilis est: non solum super omnes homines: sed super omnes deos: Ubi enim vult edificare domum: locus ipse siluosus est: vnde dictum est besterno die inuenimus eam in campis silue. Bomum enim ipsam querebat cum diceret: in campis silue. Et vnde siluosus est locus ille? Simulachra colebant homines: non mirum quod porcos pascebant. Filius enim ille erat qui dimisit patrem et omnia sua et assumpsit in meretricibus viuens: pascebat porcos: id est colebat demonia: et ipsa supstitioe

gentiliū silua facta erat oīs terra. Sed ex-
tirpat siluā qui edificat domū: et propterea di-
ctū est: cū dom⁹ ei⁹ edificaret post captiui-
tate. Tenebant em̄ homines captiui s̄b dia-
bolo et demonib⁹ seruebāt: sed redēpti sūt
a captiuitate: Uendere se em̄ potuerūt: sed
redimere nō potuerūt: Venit redemptor: et
dedit precīū: fudit sanguinē suū: emit orbē
terrārū. Queritis quid emerit: Videte qd
dederit: et inuenite quid emerit. Sanguis
chasti precīū est. Tanti quid valet: Quid
nisi totus orbis: Quid nisi omnes gentes:
Valde ingrati sunt precio suo: aut multū
supbi sunt qui dicūt: aut illud tā paruū cē:
vt solos afros emerit: aut se tā magnos eē
p quib⁹ solis illud sit datū. Nō ergo exul-
tēt: nō supbiant: p toto dedit quātū dedit.
Nouit quid emerit: qz nouit quātū emerit.
Inde qz redēpti sumus: post captiuitatem
edificat domus. Et qui sunt qui nos tene-
bant i captiuitate: Quia illi quibus dicit:
annūciate: extirpatores silue sunt: vt extir-
pent siluā: liberēt de captiuitate terrā et in-
struant: edificent: annūciando magnitudi-
nē domus dñi. Vñ silua demonū extirpat:
nisi predicet ille q̄ super oēs est: Ergo oēs
gentes demonia habebant deos: quos di-
cebāt deos: demonia erāt: ap̄lo dicēte aper-
tius: Quoniā que imolant gentes demo-
nijs imolant et nō deo. Quia ḡ ideo erant
in captiuitate: q̄a demonijs imolabant: et
propterea tota terra siluosa remāserat annū-
ciatur iste magnus et laudabilis nimis. Et
quō ostendit magnitudo eius: vt eradicet
illas supstitiōes sub quib⁹ captiui plus te-
nebat: quē redimere aduenit terribilis sup
omnes deos: Et quasi diceretur illi: quare
dixisti sup oēs deos. Sūt em̄ dij: sequit et
dicit. Quoniā oēs dij gentiū de-
monia: Intēdat caritas vestra: Magnū
aliquid: dicebat paulo ante: magn⁹ domi-
nus: et tanq̄s deficiens in laude ipius: et lau-
dabilis nimis. Nōne hoc dixerā: qz dimi-
sit tibi cogitare qd non poterat ipse verbis
explicare: Explicās autē ipse verbis: quid
magnū mihi dixit de dño Jesu christo: An
qz sup omnia demonia est: Cū em̄ dixisset:
Terribilis sup oēs deos: subiūxit: Quā dij
gentiū demonia. Nō est magnū esse super
demonia: poteris hoc et tu si volueris: sed
si in illū credideris. Ita ne ipsa est illa ma-
gnitudo laudis: magnus dñs et laudabilis
nimis: Volēs. n. explicare vt poterat hūa-
na lingua: et quis magn⁹ sit factor organi spi-

ritus sanct⁹: tamē p angustias spirit⁹ huma-
ni syllabas sonat: sed cogitatiōes generat.
Explicare ergo p hanc linguā volēs: quid
ait: Magn⁹ dñs et laudabilis nimis. Sic:
dic: quātū laudabilis: vic: Terribilis ē in-
quit sup omnes deos. Quare dixisti super
omnes deos: Quoniā omnes dij gentium
demonia. Et ipa est tota laus illi⁹ qui lau-
dabilis est nimis: qz supat oēs deos gentiū q̄
sunt demonia. Expecta et audi quid sequit.
Domin⁹ autem celos fecit: Itā ergo
nō sup demonia solum: sed sup omnes ce-
los quos fecit. Si diceret sup omnes deos:
quoniā oēs dij gentiū demonia: et ibi tantū
mō remaneret laudatio dñi: min⁹ diceret:
q̄s nos solem⁹ de christo cogitare. Cū autē
dixit: Dñs aut celos fecit: vide quid inter-
sit inter celos et demonia: et videte qd inter-
sit inter ipos celos et illū q̄ fecit celos. Ecce
quātū excelsus ē dñs. Nō dixit: dñs autē
sup celos sedet: fortasse em̄ ali⁹ illos fecisse
putaret sup q̄s sederet: sed dixit: dñs autē
celos fecit. Si celos fecit: etiā angelos fe-
cit: Ipse fecit angelos: ipse fecit ap̄los. Apo-
stolis cedebāt demonia: s̄ ipsi ap̄li celi erāt
qui dñm portabāt. Et quē deū portabant:
A quo facti erāt. Audi quia celi sunt: Celi
enarrant gloriā dei. Ipsi celis dicit: An-
nūciate in gentibus gloriā eius: in omnib⁹
populis mirabilia eius: Quā magn⁹ dñs et
laudabilis nimis: terribilis ē sup oēs deos.
Quos deos: Quā omnes dij gentiū demo-
nia: et ipse est terribilis sup oēs deos. Dñs
autē celos fecit. O celi quos fecit: annūci-
ate in gentib⁹ gloriā eius. Edificet domus
sup omnē terrā: cantet omnis terra canticū
nouū. Confessio et pulchritudo in
cōspectu eius: Pulchritudines amas.
Vas esse pulcher: Confitere. Non dixit pul-
chritudo et cōfessio: sed confessio et pulchri-
tudo. Fedus eras: cōfiteri vt sis pulcher:
Peccator eras: cōfiteri vt sis iust⁹. Fedare
te potuisti: formosum te facere nō potes.
Qualis autē est sp̄sus nr̄: qui fedā amauit
vt pulchrā faceret: Quō ait aliquis fedam
amauit: Nō veni inqt vocare iustos: s̄ pec-
catores. Quos vocas pctōres: vt remane-
ant peccatores: Nō inqt. Et quō non erūt
peccatores: Cōfessio et pulchritudo in con-
spectu eius. Cōfitem̄ em̄ peccata sua: vo-
mūt mala q̄ auide vorauerūt. Nō redeunt
ad vomitū suū: sicut canis immūd⁹: et erit
cōfessio et pulchritudo. Amam⁹ pulchritu-
dinē: pus eligam⁹ p̄fessionē: vt sequat pul-
L 3

chritudo. Iterū existit qui amat potentia: amat et magnificentia: vult esse magnus quod angeli sunt: Magnificētia quedā in angelis: et tanta potētia: vt si faciāt angeli quicquid possunt: sustinere non possit. Et ois homo desiderat potentia angelorum: sed iusticia angelorum non amat. Prius iusticia dilige: et sequer te potentia. Quid enim sequit et hic.

Sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius. Tu iam querebas magnificentia: pus dilige sanctitatem: cum sanctificatus fueris: eris et magnificus. Nam si prepostere pus esse volueris magnificus: ante cadis quam surgas. Non enim surgis: sed extolleris. Melius surgis si te ille erigat qui non cadit. Descendit enim ad te ille qui non cadit. Tu cecideras: ille descendit: porrexit tibi manum: non potes viribus tuis surgere: amplectere manum descendētis: vt erigaris a forti. Quid ergo? Si confessio et pulchritudo in prospectu eius: si sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius: hoc annunciamus cum edificamus domum. Ecce iam annunciatum est gentibus: quid debeant facere gentes. Quid annunciauerunt illi qui siluam extirpauerunt: Jam ad ipsas gentes dicit. **Afferte domino patrie gentium: afferte domino gloria et honorem: Nolite vobis: quia et illi qui vobis annunciauerunt: non sua: sed illi gloria annunciauerunt. Et vos afferte domino gloria et honorem: et dicit: Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloria. Nolite spem in homine ponere: si baptizatur vnusquisque vestrum dicat: Ille me baptizauit: de quo amicus sponsi dixit: hic est qui baptizat. Si enim hec dixeritis: affertis domino gloria et honorem: Afferte domino gloria et honorem. Afferte domino gloriam nomini eius. Non nomini hominum: non nomini vestro: sed nomini eius afferte gloriam.**

Tollite hostias et introite in atria eius: Tollite hostias. Quid allaturi estis: vt introeatis in atria eius? Jam enim creuit domus et facta sunt atria: Qui afferunt hostias intrant in atria. **Tauros allaturi sumus: bircos et oues: Absit.** Si voluisses sacrificium dedissem vtiq. Ille nobis hostiam comēdabat: quam offerre debemus. Videte ne illud sit hostia: de quo iam dudum dixit: Confessio et pulchritudo in conspectu eius. Confessio hostia est deo. Ergo gentes si vultis intrare in atria eius: nolite vacue intrare. **Tollite hostias.** Quas hostias nobiscum portaturi sumus? **Sacrificium deo spiritus contribulatus cor contritum et humiliatum deus non spernit. Lu**

Alia lra.
† Sacramonia

humili corde intra in domum dei: et cum hostia intrasti. Si autem superbus es: inanis intras. Nam vnde superbes: nisi inanis esses? Nam si plenus esses non inflareris. Quomodo plenus esses: si tecum tollerēs hostiam quam portares ad atria domini? Jam ne diu teneamus: curramus et cetera. Videte crescentem domum: videte edificium ire per totum orbem terrarum. Gaude te quia intrasti in atria: gaudete quia edificamini in templum dei. Qui enim intrant ipsi edificant: ipsi sunt domus dei. Ille est inhabitator cui edificat domus toto orbe terrarum: et hoc post captiuitatem. Tollite hostias et introite in atria eius. **Adorate dominum in atrio sancto eius.** In ecclesia catholica hoc est atrium sanctum eius. Nemo dicat: ecce hic est christus: ecce illic. Exurgēt enim pseudo propheta: dic eis istud: lapis super lapidem non relinquet qui non destruat. Ad parietem dealbatum vocatis: in atrio sancto eius adoro deum meum. **Comoueat a facie eius vniuersa terra: dicit in nationibus quia dominus regnauit a ligno. Etenim corripit orbem terre: qui non comouebit: Que testimonia edificatiōis domus dei: intonant nubes celorum per totum orbem terrarum edificari domum dei: et clamauerunt rane de paludibus nos soli sumus christiani. Que testimonia profero psalterij: Profero quod surdus cantas: aperi aures: tu cantas ista: cantas mecum: et non concordas mecum. Lingua tua sonat: quod sonat mea: et cor tuum dissonat a corde meo. Nonne tu cantas ista: Et de testimonia orbis terrarum: comoueat a facie eius vniuersa terra. Et cui dicitis: non comoueri: Bicit in nationibus dominus regnauit a ligno. An forte hic obtinebunt: et dicēt se regnare a ligno: quia fustibus circi cellionum regnant: Be cruce christi regna: si a ligno regnaturus es. Nam lignum hoc tuum ligneum te facit: lignum christi mare te traiecit. Audi psalmum dicentem: Corripit orbem terre qui non comouebit: et tu dicitis non solum motu post correctionem: sed etiam diminutum. Tu verum dicit: iste mentis: Pseudo propheta clamātes: Ecce hic est christus: ecce illic: verum dicit: et propheta iste mentis: Fratres contra istas apertissimas voces auditis in angulis strepitum: ille tradidit: et ille tradidit. Quid dicit? Voces tue audiende sunt: an voces dei? Etenim corripit orbem terre qui non comouebit. Ego tibi orbem terrarum ostendo edificatum: tolle hostiam: intra in atria domini. Hostias non habes: propterea non vis intrare. Quid est hoc? Si**

Alia lra.
† gentibus.
† non habet.

hostiā tibi indiceret deus: taurū: hircū: arie
 teni: inuenires qđ afferres: indixit tibi hu-
 mile cor: z nō vis intrare: Hoc em̄ in te nō
 inuenis: quia supbia tumuisti. Etenī cor-
 rexit orbem terre qui nō cōmouebit. **Ju-
 dicabit populos in equitate.** Tūc se
 illi plangent: qui nolūt modo diligere equi-
 tatem. **† Jocūdent celi z exultet ter-
 ra: Jocūdent celi: qui enarrant gloriā dei.
 Jocūdent celi quos dñs fecit: exultet ter-
 ra quā opluūt celi. Celi em̄ pdicatores: ter-
 ra auditores. Cōmoueat mare z ple-
 nitudo eius. Quod mare: Seculū. Cō-
 motū est mare et plenitudo maris. Omne
 seculū concitatū ē aduersus ecclesiā cū di-
 lataret z edificaret toto orbe terrarum. Be-
 ipa cōmotōe audistis in euāgelio: Tradēt
 vos ad iudicia. Cōmotuz est mare: sed qñ
 uinceret mare eum qui celos fecit: **Hau-
 debunt cāpi et oīa que in eis sunt.**
 Oēs lenes: omnes mites: omnes equi cā-
 pi sunt dei. **Tūc exultabūt omnia
 ligna siluarū: Ligna siluarū pagani sūt.**
 Quare iam gaudēt: Quia p̄cisi sunt olea-
 stri: z inserti i oliua. Tūc exultabūt omnia
 ligna siluarū: qz p̄cise sunt ingētes arbores
 cedrine z cyp̄sine: z i putribilia ligna trāsla-
 ta sunt ad edificationē domus. Ligna silua-
 rum erāt: sed anteq̄ irēt in edificū. Tūc
 exultabūt omnia ligna siluarū. **† Ante fa-
 ciē domini qm̄ uenit: qm̄ uenit iu-
 dicare terrā. Primo uenit: z postea vē-
 turus est. Primo uenit in ecclesia sua i nu-
 bibus. Que sūt nubes que cū portauerūt:
 Apostoli pdicantes: de quib⁹ audistis cuz
 ap̄is legeret: Legatiōe inq̄t p̄ christo fungi-
 mur: obsecrātes p̄ christo reconciliari deo.
 Ip̄e sunt nubes in quib⁹ uenit: excep̄o ad-
 uentu suo posteriore quo uentur⁹ ē iudica-
 re uiuos z mortuos. Uenit primo in nubi-
 bus: hec p̄ma uox ip̄ius sonuit in euāgelio:
 Amodo uidebitis filium homis uenientē i
 nubibus. Quid est amodo: Nōne domi-
 nus postea uentur⁹ est: qñ se plangent om-
 nes tribus terre: Prius uenit in pdicatori-
 bus suis: z impleuit totū orbē terrarū. Nō
 resistamus p̄mo aduētui: ut nō expauesca-
 m⁹ secūdū. Et ue tūc p̄gnantib⁹ z mānan-
 tibus. Audistis modo i euāgelio: Laucte:
 qz nescitis qua hora ueniat. In figura di-
 cta sunt. Que sunt p̄gnantes: z q̄ sūt lactā-
 tes: P̄gnātes aīc dicunt: q̄ habent spem
 in seculo: Que autē adēpte sunt: iam qđ spe-
 rabāt p̄ lactantib⁹ sunt posite. Uerbi grā:****

Emerere uult uillā: p̄gnās est: nō dum em̄
 factum est: tumet uterus in spe. Emit: pe-
 perit: adeo lactat qđ emit. Ue p̄gnantib⁹
 z mammātib⁹. Ue qui habent spem i se-
 culo. Ue qui berent his rebus quas de se-
 culo pepererūt. Quid ḡ debet facere chri-
 stian⁹: Uti mūdo: nō seruire mūdo. Quid
 hoc ē: Habētes tanq̄ nō habētes. Sic di-
 cit his: sic hortat quos non uult inueniri a
 die illa: tanq̄ p̄gnātes z mānantes: sic eos
 hortat. De cetero fratres temp⁹ breue est:
 reliquū est: ut qui habent uxores tanq̄ nō
 habētes sint: z qui flent tanq̄ nō flentes: z
 qui gaudent tanq̄ nō gaudētes: z q̄ emunt
 quasi non utentes: z qui utunt hoc mūdo
 tanq̄ nō utentes: p̄terit enim figura huius
 mūdi. Uolo uos sine sollicitudine eē. Qui
 sine sollicitudine est: secur⁹ expectat qñ ue-
 niat dñs ip̄ius. Nam qualis amor est chri-
 sti: timere ne ueniat: Fratres non erubesci-
 mus: Amamus et timem⁹ ne ueniat. Lerte
 amam⁹: An peccata nostra plus amamus:
 Ergo ipsa oderim⁹ peccata: z amem⁹ eum
 qui vēturus est ad puniēda peccata. Ue-
 niet uelimus nolim⁹. Nō em̄ qz modo non
 uenit: ideo uentur⁹ nō est: Ueniet z quādo
 nescis: z si pat̄i te inuenerit: nihil tibi obest
 quia nescis. Tūc exultabūt omnia ligna
 siluarum ante faciē dñi: quoniā uenit p̄us.
 Et postea quid: Qm̄ uenit iudicare terrā.
 Et exultabunt omnia ligna siluarū. Uenit
 primo z postea iudicare terrā: exultātes in-
 ueniam⁹ eos qui p̄mo aduentui crediderūt:
 quoniā uenit. Nam: **Judicabit orbē
 terrarū in equitate: Nō partē: qz non
 ptē emit. Totū iudicare hz: qz p̄ toto pre-
 cium dedit. Audistis euangelii: quia cum
 uenerit inquit: congregabit electos suos a
 quatuor uentis. Cōgregabit electos om-
 nes a quatuor uentis. Ergo de toto orbe
 terrarū: q̄a et ip̄e Adam aliquādo hoc di-
 xeram: orbem terrarum significat fm̄ gre-
 cam linguā. Quatuor enim littere sunt: A
 B. A. et. A. Sicut autem greci loquūtur
 q̄tuor orbis ptes has in capite litteras ha-
 bent: ἀνατολήν dicūt orientē: δυσμεν οc-
 cidentē: ἀρχήν aquilonem: μεσημβριαν
 meridiē: habes Adā. Ip̄e ergo Adā toto
 orbe terraruz sparsus est. In vno loco fuit
 et cecidit: z quodāmodo cōminut⁹ imple-
 uit orbem terrarum: sed misericordia do-
 mini vndiq̄ collegit fracturas et confla-
 uit igne caritatis: et fecit vnum quod fra-
 ctum erat. Nouit illud facere artifex ille:**

Alia lra. t letent.

Alia lra. t a facie. t quia.

Alia lra. t terre.

nemo desperet: multū quidem est: sed qui artifex cogitate. Ille refecit qui fecit: ille reformauit qui formauit. Iudicabit orbē terrarū in equitate: et populos in veritate sua. Que ē equitas et veritas: Cōgregabit secū electos suos ad iudicandū: ceteros autē sepabit ab inuicē. Positurus ē em̄ alios ad dexterā: alios ad sinistrā. Quid autē equi⁹: quid verius: q̄ vt nō expectent misericordiā de iudice: qui noluerunt facere misericordiā: anteq̄ veniret iudex: Qui autē voluerunt facere misericordiā: cum misericordiā iudicabunt. Bicef em̄ eis ad dexteraz positus: Venite benedicti patris mei p̄cipite regnū quod vobis paratū est ab origine mūdi. Et imputat opa misericordie. Esuriui enim et dedistis mihi māducare: sitiui et potastis me: et cetera. Rursus ad sinistras positus quid imputabit: Quia noluerūt facere misericordiā: Et quo ibunt: In ignem eternū. Iste auditus malus magnū gemitum faciet. Sed quid dixit alius psalmus: In memoria eterna erit iustus: ab auditu malo non timebit. Quid est audit⁹ malus: Ite in ignem eternū: qui patus est diabolo et angelis ei⁹. Qui gaudebit ab auditu bono: non timebit ab auditu malo. Quomō gaudebūt ad auditū bonum: Venite benedicti patris mei. Et a quo auditu non timebunt: Ite in ignem eternū: qui patus ē diabolo et angelis eius. Hec est equitas: hec ē veritas. Iudicabit em̄ orbem terrarum in equitate. Et populos i veritate sua. An quia tu iniust⁹ es: iustus nō erit iudex: Aut qz tu mēdax es: verax nō erit veritas: Sed si vis habere misericordez: esto misericors anteq̄ veniat. Dimitte si quid in te cōmissum est: da ex eo qd̄ abundas. Et de cui⁹ das: nisi de illius: Cū de illi⁹ das reddito est: si de tuo dares largitio cēt. Quid em̄ habes qd̄ nō accepisti: He sunt hostie deo gratissime: misericordia: hūilitas: confessio: pax: caritas: Has apportem⁹: et securi expectam⁹ aduētū iudicis: qui iudicabit orbē terrarū in equitate: et populos in veritate sua.

Explicit Tractatus de ps. CXV.
Incipit Tractatus de ps. XCVI.

Magna spectacula deus p̄bet cordi christiano: et quib⁹ vere nihil possit iocūdius inueniri: si tñ assit palatū fidei: cui sapiat mel dei. Credim⁹ omnibus vobis q̄ in saluatore nostrū toto corde credidistis: inesse spiritū eius qui vos delectet:

cum legunt p̄phetie ante tot annos prolata ex ore sanctorū: et post tot annos implete in fide gentium. Magnā enim iocūditatē tunc carpebant ipsi sancti p̄phete: cum ea iam videbant in spiritu: nō impleta: sed ad huc futura. Erat em̄ eis magna delectatio: sed tamē et ipi p̄ caritate qua in nos accessi erāt q̄s nōdū videbāt: sed sp̄s p̄turiebant: volebāt si fieri posset in hoc tpe nobiscum viuere: et vidē impleta q̄ in spiritu p̄pheteabant. Inde dñs discipulis suis iam ista videre incipientib⁹: ait: Adulti iusti et p̄phete voluerūt videre q̄ videtis et nō viderūt: et audire q̄ auditis: et nō audierūt. Quis em̄ viderēt ista in sp̄s: tñ futura illis quodāmō formabant. Ap̄lis autē tā p̄sentia credebatur. Unde ille Symeon iust⁹ quidā sener: multū exultauit vidēs infantem Iesum: et agnosces in paruo magnū: et in exigua carne cognosces celi et terre creatorē. Adultū ergo exultauit: qz respōsum accepit non se exiturū esse de hac vita: p̄sq̄ videret saluatore dei. Agnouit ergo illū: iocūdat⁹ est: exultauit gaudio: et hoc ait: Bñe: nunc dimittis seruū tuū in pace: qz viderunt oculi mei salutare tuū. Magna est q̄ ista iocūditas: et hāc facit caritas. Belectati sum⁹ cū psalmus iste cantaret: et quedā ibi ab omnibus intellecta sunt: quedā vō quātū arbitramur: aut a paucis: aut certe nō ab omnibus. Simul ergo illū in isto sermone i quo vobis seruim⁹: cōsideremus: et videamus quāta dignatione nos deus lenificare voluit: p̄sentando que p̄misit: et nobis et nos exhibens veritatē p̄missis suis. **I**nscribit psalmus. **I**psi Dauid: cū terra eius restituta est. Totū ad chustū reuocemus: si volum⁹ iter recte intelligētie tenere: nō recedam⁹ a lapide angulari: ne intellect⁹ n̄ ruinā faciat. In illo solidef: qd̄ instabili motu nutabat: in illo incūbat: qd̄ p̄ incerta pendeat. Quicqd̄ dubitatiois h̄ hō in aīo: auditū scripturis dei a chusto nō recedat: cū ei fuerit i illis v̄bis chust⁹ reuelat⁹: intelligat se intellexisse: Bñq̄ autē pueniat ad chusti intellectū: nō se p̄sumat intellexisse: Finis em̄ legis chust⁹ est ad iusticiā omī credēti. Quid ē q̄: et quō accipit i chustū cū terra ei⁹ restituta ē: Nā quō Dauid intelligat chust⁹: facile est agnosce. Chust⁹ em̄ ex maria: et ex semie dauid: et qz ex semine ei⁹ futur⁹ erat: p̄p̄ea nomē eius i figura p̄phabat. Ergo Dauid xp̄s: qz et interpretat Dauid māu fortū. Et q̄s tā manu fortis: q̄s